

soggiungo in nota (1), apparisce, essersi ciò eseguito il dì 28 maggio 1336; esserne stato ambasciatore Nicoletto da Marsilio, chiozzotto; testimonii Felice Garassello, Jacopo Mainardo, Domenico Bellayma, Felice da Oliveto, Simeone Polini, Marco Valero,

(1) « In Christi nomine amen. Anno
 « nativitatibus ejusdem milles. trecentes. tri-
 « ges. sexto, indict. IV, die XXVII mensis
 « Madii, in loco qui dicitur Testa de Cane
 « districtus Venetiarum, presentibus viris
 « discretis Felice Garassello, Jacobo May-
 « nardo, Dominico Bellayma, Felice da Oli-
 « veto, Simeone Polini, Marco Valero,
 « Martino da Marsilio, Jacobo Zanvidi et
 « Petro Faxolo civibus Clugie et aliis. Ibi-
 « que vir providus et discretus Nicoletus
 « de Marsilio de Clugia Majore incliti do-
 « mini ducis et communis Venetiarum et
 « hominum civitatis ejusdem missus, et
 « nuntius coram presentia nobilis viri do-
 « mini Federici ab Equis de Verona capi-
 « tanei dominorum de la Scala constitutus,
 « existentibus etiam ibidem viris, qui cum
 « eodem domino Federico illuc venerant
 « in maxima quantitate, quamdam protesta-
 « tionem fecit in hunc modum. Ego Nico-
 « letus de Marsilio missus et nuntius incliti
 « domini ducis et communis Venetiarum
 « et hominum civitatis ejusdem, nomine
 « eorundem dico, propono, ut et pro-
 « testor pro conservatione jurium predicti
 « domini ducis, communis, et hominum
 « civitatis ejusdem, omni jure, modo et
 « forma, quibus melius possum, ne per
 « aliqua preterita, presentia vel futura, vel
 « per aliqua gesta seu facta, vel facienda
 « possit juribus predictorum domini du-
 « cis, communis et hominum Venetiarum
 « prejudicium aliquod generari, cum lo-
 « cus seu territorium predictum, quod di-
 « citur Testa de cane, quod est infra hos
 « confines: videlicet a mane possident
 « commune et homines Clugie cum suis
 « aliis aquis et decursionibus aquarum, a
 « sero possident nobiles de Ca Morisino,
 « vel causam habentes ab eis, vel in eorum
 « bonis, a meridie possident commune et
 « juribus et confinibus, scilicet cum quo-
 « dam canali vocato Canal de Conca cum
 « homines Clugie cum territorio et aquis,
 « paludibus, seu de palude ibidem decur-
 « rentibus, a latere versus septentrionem
 « possident abbas et monasterium sancti
 « Cipriani et etiam dicti nobiles de Moro-
 « sinis, vel causam habentes ab eis, vel in
 « eorum bonis, sit de dominio et jurisdic-
 « tione dicti domini ducis, ut palam et
 « notorium est, adeo quod aliqua tergi-
 « versatione celari non potest. Quod vos
 « omnes, quicumque sitis, capitanei, presi-
 « dentes seu aliorum vices gerentes, ab
 « omnibus operibus, fabricis, edificis et
 « aliis quibuscumque novitatibus per vos
 « et alios abstinere debeatis, nec aliqua at-
 « temptare vel facere in prejudicium vel
 « detrimentum predicti domini ducis, et
 « hominum civitatis predictae, vel jurium
 « suorum in loco et territorio supradicto.
 « Et protestor ex nunc nominibus antedi-
 « ctis omnia et singula damna, interesse et
 « expensas, si in loco predicto aliquid fue-
 « rit attemptatum, vel innovatum, seu fa-
 « ctum, que et quas predicti domini dux,
 « commune et homines civitatis predictae
 « passi fuerint occasione alicujus novitatis
 « facte seu illate in loco predicto. Et hanc
 « protestationem facio ego missus et nun-
 « tius memoratus nominibus antedictis, ut
 « jus dictorum domini ducis, et communis
 « et hominum Venetiarum salvum et ille-
 « sum perpetuo valeat conservari. Et